



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Didaci Covarrvvas A Leyva Toletani Episcopi Segobiensis  
... Opera Omnia**

**Covarrubias y Leyva, Diego de  
Antverpiae, 1610**

De furioso, ebrio, & dormiente.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96556](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96556)

dum, an accusatus, eiusve aduocatus petierit calumniam accusatoris puniri, vt accusatus præmittens protestatione, irregularis non sit, aduocatus vero, etiam ea præmissa, irregularitatem contraxerit. Quod si non fuerit hæc punitio petita, sed tantum detur opera defensionis iustus ipsius accusati, non erit mors per iudicem ex talione accusatori illata ad irregularitatem imputanda, licet clericus sit aduocatus rei, nec vllam protestationem præmiserit. Si quidem defensio accusati per se non tendit ad mortem accusatoris, nec ad eam ordinatur, sed ad tutelam innocentie ipsius accusati. Damnatur autem ipse accusator ex eo, quod per calumniam alterum in iudicium sanguinis detulerit.

Decimo tertio his omnibus est adiiciendum, irregularitatem contrahi ab eo, qui testimonium in causa criminali dixerit, si ex eo mors fuerit illata, etiam præmissa protestatione, quod Felin. post alios notat in d.c. postulat. glof. ad hoc optima, quæ in laico loquitur, in c. 1. diff. & in clerico, glof. in c. testimonium, t. 1. q. 1. notant Abb. in c. de, cetero, col. 1. de testib. & ibi Felin. vbi hæc est communis omnium Dd. opinio Idem not. Ioan. Crot. in tract. de testib. nu. 69.

Decimo quarto ex his deducitur praxis illa, qua hæretice prauitatis inquisitores vtuntur, cum post condemnationem hæreticorum eos tradunt iudici seculari, eum rogantes, ne morte, aut membri mutilatione eos afficiat, quod textus probat in c. nouimus de verb. signif. Regia l. 60. tit. 6. part. 1. cuius praxis meminit Directorium Inquisitorum, dum refert sententiarum formulas, idque satis tutum est, tametsi tutius foret, quod Inquisitores non traderent sic damnatos iudici seculari, sed eos condemnarent coram iudice laico, atque ita damnatos à propria Iurisdictione dimitterent, vt denique statim Iudex secularis eos morti & igni traderet, sicuti Henric. notat in c. ad abolendam. de heret. quem sequitur Ioannes Igneus in l. 1. §. cum domus. ff. ad Syllaniam. num. 17. Etenim licet iudex iustissimè aliquem morti tradens proprio iudicio & sententia, dubio procul irregularis sit, c. sententiam sanguinis ne cleric. vel monach. tamen iudex, qui delinquentem iuxta Iuris Pontificij constitutiones tradit iudici seculari, protestans, ne eum morti tradat, aut mutilatione membrorum puniat, irregularis non est. Cuius rei exemplum constat in his omnibus casibus, quibus ecclesiastici iudices post actuale degradationem clericos seculari iudici tradunt, & dimittunt, vt apparet in d.c. nouimus. & idem erit in hac hæresis causa. Nec quidquam ad hanc rem pertinet, quod Specul. voluit in tit. de dispositione. §. iuxta. nu. 44. qui Inquisitores ex eo ab irregularitate excusat, quod licitum sit absque metu irregularitatis mortem alteri consulere Martyrio pro fide suscipiendam, quam sententiam probant Innocent. Anton. Cardin. numer. 5. Socin. numer. 79. Felin. in d.c. ad audientiam. idem Felin. in c. sicut dignum. de homicid. §. clericos. Nam etiam hæc opinio vera sit, vt profectò vera est, distinctã rationem habet ab ea questione, quam tractamus, cum in eo casu de martyribus, consulat quis, & hortetur Christianum, & fidelem, vt pro defensione confessione fidei morti sese offerat. Nec consulit, quod seipsum occidat, nec quod alter eum occidat, esset enim tunc irregularis, sed quod omnia tormenta & cruciatus patiatur potius, quam fidem Christi abneget, aut deserat, ac tandè, vt pro eius testimonio & defensione, iuxta temporis & rei necessitatem, cuique periculo mortis & tormentorũ seipsum offerat. Hoc siquidem consilium Catholicum, & pium est, nec ex natura sua, nec per se ad mortem tendit, imo nec periculosum est, nisi per accidens propter infidelium ac tyrannorum malitiam, præsertim, quia potest quis absque irregularitate in bello iusto hortari ad pugnam etiam periculosam ipsos milites, quemadmodum hac in secunda parte diximus. At inquisitores, qui hæreticum iudici seculari tradunt, tantum tractant de puniendo illo homine, qui perfidè Christi fidem, quã semel est professus, hæresi contracta reliquerit, quæ quidem punitio, licet pertineat ad defensionem fidei Catholice, nõ tamen est similis illi defensionis, & testimonio, cui martyres seipfos exponunt, mortem propter hoc etiam subituri. Et sane si argumentatio speculatoris foret valida, sequeretur ex ea, posse absque metu irregularitatis inquisitores iudici seculari consulere, vt hæreticos ei traditos morte afficeret. Quod verum non est, nec iure Pontificio probari potest.

Decimo quinto, Iudex ipse & ecclesiasticus maximo irregularitatis periculo se exponit, cum aliquem criminis

reum in eum detruserit carcerem, qui mortem sit breuitate illaturus, vel ob eius humiditatem, fetorem, & squalorem, vel ob alimentorum subtractionem, & modum notant Guilielm. à Monte Lauduno in clem. de peccatis. & remiss. Abb. in c. ad audientiam. de crimine falsi. Ananiam cap. de cetero. de homicid. col. vlt. Socin. in c. ad audientiam. col. tit. nu. 57. Flor. 3. part. tit. 28. c. 2. §. 6. Ioan. Bernard. in pract. crim. c. 159.

Præter hæc omnino est obseruandum, posse Prælatum absque vllò irregularitatis metu, si iurisdictionem habeat temporalem, committere causam, vel alicuius causæ criminalis cognitione alteri, vt is iustitiam faciat. Etenim etiam hic Iudex delegatus, aut ordinarius accusatum, vel reum morti tradiderit, non erit Episcopus, nec Prælatum, qui hæc legationem fecerit, irregularis, textus celebris in c. sine clericis, vel monach. lib. 6. ex contrario tamen quaritur, an possit Prælatum vel clericum cognoscere de causis criminalibus ad puniendos laicos ex commissione Principis secularis, & profectò text. in c. in Archiepiscopatu de rapto, probat, hæc commissione validam esse, cum eius ratione possit delegatus de his causis cognoscere, ac sententiam ferre, modo à pœna sanguinis abstineat, quem textum præter ordinarios eius interpretes, censet singularem esse Arctin. conf. 508. col. 3. qui rursum col. 5. ex eo adnotauit, censeri huic delegato commissam causam quoad pœnam, etiam ordinariam criminis, iuxta eius qualitatem, licet ea sanguinis sit; quia tunc punitioem dimittit committenti, & deleganti, si ipse non valeat de hac pœna iudicium dicere. nõ enim ipse Princeps visus est pœnam sanguinis remittere ex eo, quod causæ cognitionem delegauerit ei, qui eandem pœnam per sententiam infligere non potest & tamen reponso textus in d. c. in Archiepiscopatu, procedit, quia ea commissio facta fuit in utilitatem & commodum religionis Christiane ad tollendum opprobrium illud, quod à Saracenis Christi fidelibus fieri solebat, vt Panormitan. & Anan. ibi explicant, aut quia ex commissione imminere utilitas Ecclesie, sicuti Panorm. notat in c. decernimus, de iudic. col. 3. Tandem potest & tertio dici, hæc delegationem validam esse, quando est visus tantum causæ, secundum eundem Abb. in c. clericus ne cler. vel monach. 2. col. sensit Innoc. in c. vnic. de obligat. ad ratiocin. & est communis opinio, vt Ripa testatur in d. c. de iud. num. 106. Quarto, vt cuncte fiat hæc delegatio, valida erit in hunc sensum, vt iudicium teneat, licet delegatus commissione vsus peccet grauissimè, quemadmodum latè notant Abb. & Dec. nu. 7. in d. c. de iudic.

### TERTIA HVIVS RELECTIONIS PARS.

#### De delinquentibus ignoranter.

#### S Y M M A R I A.

- 1 Ignorantia quatenus excuset ab irregularitate. & expenditur locius tractatus ratio.
- 2 Furiosus committens crimen ante suorum, an possit in suorum puniri.
- 3 Ebrus hominem occidens, an sit puniendus, & an sit irregularis.
- 4 Ebrus an sit irregularis, ubi culpa sua incidit in ebrietatem.
- 5 Insanus, an sit irregularis, si hominem occiderit, & an sit puniendus prædictis, quid de minori aetate.
- 6 Dormiens, an sit irregularis, si hominem occiderit.
- 7 Pollutio nocturna, quando inducat abstinentiam à celebratione, & communiione Eucharistie.
- 8 Mutilatio membri equipollet homicidio quoad irregularitatem, & quid dicatur membrum, utrum de auri, mamelle, vel digitorum assisimè.
- 9 Percussor alterius membrum efficiens debile, an sit irregularis.

SI furiosus, aut insanus, seu dormiens hominem mutilat, vel occidat, nullam ex hoc irregularitatem incurrit, & idem de illo censemus, qui mortem aliter vitare non valens, suum occidit, vel mutilat inualorem. Hæcenus constitutio Clementis Quinti in Consilio Viennensi, cuius interpretationem eo ordine explicabimus, vt quodlibet eius verbum ad sensum verum pro viribus deducamus.

Prænotandum tamen est, Ignorantiam, quæ prius vsu rationis excusare omnino ab irregularitate, præsertim ea, quæ ab homicidio procedit. Nam licet nullum peccatum exigeretur ad incurrendam irregularitatem, requiretur tamen, vt operationes illæ, à quibus oritur irregularitas, sint humanæ ex iudicio rationis, & non ex sola sensuualitate procedentes. Homo etenim quatenus rationalis est, non quatenus sensuualis, irregularitatem incurrit, idcirco necessarium est ad eam, quod operationes illæ, propter quas



etiam si culpa sua inebrietur, illa culpa, quæ fuit in illa voluntate, volendo inebriari, aut non adhibendo diligentiam debitam ad vitandam ebrietatem, non est causa proxima, nec immediata illius occisionis, sed causa mediata, & remota. Nam illa culpa fuit causa ebrietatis: ebrietas verò causa occisionis: igitur culpa illa prima fuit causa mediata occisionis, & inde fit, vt cõflet, homicidium nõ oriri proxime, nec immediate ab illa culpa, sed ab ebrietate. Ex quibus aduersus Card. & alios probatur, nõ esse irregularẽ ebriũ, qui durante ebrietate hominem occiderit. etiam si culpa euidem fuerit inebriatus, qui immoderate potioni vini operam dederit.

Ad hæc præterea facit tex. in c. quia diuersitate, de concess. præbend. vbi excommunicato sua culpa, non imputatur, quod non possit conferre beneficium, nec interim ei currit tẽpũ datum à iure ad beneficij collationẽ, quẽ text. præter Dd. ibi cõmendant, & notant Fel. in c. 1. de præscrip. tal. in §. rursus. n. 26. de actionib. & ibi Ludo. Gomez. nu. 15. Balb. de præscrip. l. part. 6. part. princip. casu. 22. Rochus Curt. de iure patronat. in verb. competens. nu. 23. Dec. in c. 1. de iud. col. 4. in l. 2. licet prædicta decisio procedat in impedimento iuris, in quo tollẽdo nulla sit culpa, nec negligentia, vt Felin. & Gomez. tradidẽre, atque Balb. post leg. in d. c. quia diuersitatem. Attamen illud sit huic quæstioni maxime commodum, quod culpa in eo casu minime imputatur ad euentum postea sequutum, quia ea fuit admodum remota, & mediata, sicuti Abb. explicat, tamen si non examinet in specie quæstionẽ istam de ebrio occidente, an sit irregularis, quoties ipse culpam in ebrietate contraxerit.

Postremo est illud ad hanc rem obseruandũ, quod culpa præcedens ipsam ebrietatem, non solum est remota, & mediata, atque ideo nec per se, nec per accedens inducens voluntarium homicidium, aut volitionẽ ad illud, & præterea nõ est ad homicidij euentũ periculosa, secundũ ea, quæ diximus in huius operis. part. 2. §. 4. nu. 10. ex quibus cõsequitur hac in quæst. respondendum fore, non contrahi ab ebrio irregularitate ob homicidium cõmissum durante ebrietate, cui ipse causam ex propria culpa dederit.

Possit quidem vera censeri prior opinio Cardi. & aliorum, vbi ebrius confueuisset in ebrietate arma sumere, & homines percutere, atque offendere. etenim tũc ipse ebrius per ipsam potionem immoderatam operam dat rei illicitæ, & ad occisionem ex his, quæ solent accidere, periculosa: idcirco irregularis erit, secundũ ea, quæ in d. §. 4. latius scripsimus, & in specie ista no. Soc. in d. c. ad audient. n. 15.

Hinc deducitur, qualiter sit accipiendũ, quod scribit Aristot. lib. 3. Ethic. c. 5. vnde, inquit, ebriis duplices pœnæ institutæ sunt. Nam, vt inibi Eustathius tradit, Pittacus vnus è septem Græciæ sapientibus ebrio delinquenti duplicem pœnã infligendã esse constituit. Alterã propter ebrietatẽ, alteram propter crimen in ebrietate commissum. Vtraque vero pœna proprie ratione ebrietatis infligitur, siquidem secunda pœna adicitur ob circumstantiam ex delicto in ebrietate commisso prouenientem, quæ circumstantia ipsam ebrietatem aggravat, vt ex diuo Bonauentura adnotauimus. Ex his intelligẽda sunt, quæ scribit Ioã. Damasc. lib. 2. de fide orthodoxa, c. 24. asseuerans, ebrium minime excusari ex ignorantia, nec ex ratione inuoluntarij, si eius culpa ebrietas præcesserit. Est enim, inquit, crimen ab ebrio ex ignorantia commissum, non tamen inuoluntariẽ.

De infante ¶ itidem hæc constitutio apertissime statuit, eum non esse irregularẽ, si hominẽ occiderit. Cuius decisionis ratio est manifesta, quia hic non habet rationis vsũ, & ideo non imputatur ei homicidium adhuc ad irregularitatẽ vnde constat, homicidium priuatum nusquam imputari irregularitatem, nisi aliqua culpa homicidij præcesserit, quemadmodum nos semel in hac Relectiõne admonuimus. At in homicidio publica autoritate cõmissõ satis est sufficiens ipsa occidendi voluntas, quod sensit Panorm. in c. 1. de delict. pœn. quo in loco Host. existimauit, infantem irregularẽ esse, si etiam nondũ doli capax saliquẽ occiderit cuius opinio reprobatur per hanc constitutionẽ, & merito, cum infans nullum habeat intellectum, nec vsũ rationis ad discernendum id, quod agit. l. infans. ff. de sic. car. l. 1. c. de fals. monet. l. 1. c. l. 1. si aduers. delict. notat glof. hic, in verb. infans. Cardin. post alios 1. opposit. qua ratione infans nec pœna criminali, nec alia pro delicto punitur, sicuti expli-

cant omnes in d. l. infans. Angel. de malefic. in verb. infans. & de hoc homicidio nõ adit volũas occidendi, nec deus culpe aliqua, homicidij causam inducens, sequitur, non possit intelligenda, nisi infans esset doli capax, tunc enim propter culpam vtunq; homicidij præuiã, esset irregularis, & de hanc cõstitutionẽ intellexere. Ioã. Andr. & Abb. in d. c. 1. de delict. pœn. Hippo. in l. si quis ro. c. de sic. Gonfal. à Villad. de irreg. c. de percussore. col. 12. Ludou. Carrer. in pract. tit. de homicid. §. 6. nu. 3. Hippo. in d. l. infans. & in singul. 628. & Socin. in d. c. ad audient. nu. 12. optim. text. ad hoc in l. impubes. ff. de fat. tra. maiorẽ infantẽ non esse irregularem, si contigerit ei huiusmodi occidere, modò non sit eo tẽpore doli capax, cui puer sit, secundum glof. in hac clement. in verb. infans. quam sequuntur Doctores hic communiter, præsertim Anchar. Bonifac. & Imol. quorum opinionem defendit, asseuerans cõmunem esse Gonfal. noiter in d. c. de percussore. col. 12. & Ioã. Ign. in l. 1. §. impubes. nu. 18. ff. ad syll. eandem opinionem tenent Socin. in d. c. ad audientiam. nu. 12. de homicid.

Quis autem dicatur doli capax, iudex prouidus, & discretus ex signis, ac variis circumstantiis arbitrabitur, quod de non ostendimus in Epistole ad 4. lib. decret. 2. part. c. 5. illud verò non est prætermittendũ, quod puer doli capax delinquit in ætate minori non est puniendus pœna ordinaria criminis, sed extra ordinem arbitrio iudicis. text. in l. auenturam. §. in delictis. ff. de minori l. diuus. ff. de verborum. glof. in l. 3. C. de infans. & in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui not. infans. text. opt. glof. & Dd. in c. 1. de delict. pœn. notant Dec. in l. fere. ff. de re iud. Bald. in l. et si seuerior. C. de infans. glof. in c. 1. de sent. excomm. & Dd. Card. in c. 2. de delict. pœn. Lud. Carrer. in d. §. 6. nu. 4. Thom. Gram. de iur. 2. Dec. consil. 535. est ad hanc rem pulchra Regia l. 8. tit. 31. part. 7. quæ constituit, minoribus intra decem menses pœnam annum delinquentibus minuendam fore pœnam ordinariam. Hoc ipsum obtinet adhuc post maiorem ætatem & perfectam etatem, si crimen fuerit intra minoritatem commissum, non enim est inspicendum tempus punitionis, sed commissi criminis. glof. notat in l. infans. C. de legi. hered. quam inibi Dd. probant, & Hippo. in d. l. infans. & idem in l. de minore. in princ. nu. 62. ff. d. qu. & in l. si quis te. C. de sen. Lud. Carrer. in d. §. 6. nu. 5. quibus suffragatur text. in c. 1. §. si seuerior. Panorm. idem insinuat Iurisconsultus in l. 1. §. si pœnis. & ibi Bart. idem Bart. in l. omnes populi. ff. de inf. & in c. 1. Lud. Rom. in sing. 574. Abb. in consil. 56. lib. 2. satis tamen est ad irregularitatem contrahendam, quod maior infante huiusmodi occiderit, modò sit doli capax, quemadmodum omnes fatentur in huius constitutionis Commentariis.

Subsequitur statim in hac constitutione, Dormienti ipsius homicidij tẽpore, nempe quia dormiens aliquem occiderit, minime fore irregularem, quia is intellectu & intentione caret, ac furioso similis est. c. merito cap. iur. 15. qu. 1. c. maioris. §. nõ querit. de baptisimo. d. si seruus seruus. §. si formicatus. Floren. ff. ad leg. Aquil. qua ratione dormientis delictum minime punitur, nisi eo casu, quo ipse vigilans satis cogitatum habebat, quod dormiens arma capebat, & homines persequebatur. tunc enim si non adhibuit diligentiam, quæ debuit, in præcauendo, ne dormiens alicui noceret, prædictò puniendus erit, licet non pœna ordinaria, vt notant Anchar. & Cardin. hic. Alexand. colum. 2. & Iason post Roman. & alios, in l. 1. §. adipsi. mur. ff. de acquirend. poss. Bartol. in l. penult. ff. de parricid. Hippo. in l. 1. 1. limitatione. ff. de pœn. Bonifacius in tract. de maleficis. rubric. de insultu. & percuss. Doct. in l. 1. vt vim. ff. de iustit. & iur. Ludouic. Carrer. in pract. criminali. rubric. de homicid. §. 6. numero 25. quorum opinio communis est, & inducit optimum intellectum huius constitutionis, siquidem & in hoc casu erit irregularitas plane contracta, vt notat optime Marian. Socin. in d. c. ad audientiam. nu. 14. & idem sensere Card. Anchar. & Doctores. hinc potest autem contingere, vt quis vigilans adeo irascatur vehementer contra alium, vt illum occidere conatus fuerit, aut optauerit, licet efficere non poterit, & hac occisionis cupiditate affectus dormiat, & postea plene soporatus somniet ea, quæ in vigilia acciderunt, & ab hac phantasia motus surgat adhuc dormiens, & capiat ensem, atque accedat ad lectum, in quo alius dormit, & illum occidat. quidam etenim censent hunc irregularem esse, quod visum est P. alid. in

admonet Iustinus Martyr, si eius est id opusculum, de qua-  
 tionibus à Gentibus Christianis positus, *quæst. 21.* Et Iose-  
 phus *lib. 17. de antiq. cap. 8.* scribit, Matthiam sacerdotem He-  
 rosolymitanum die quodam solenni à sacrificio abstinuisse,  
 quod nocte proxima in somniis cum vxore commercium  
 carnale habere visus fuerit. Igitur sicut nocturna pollutio  
 per se peccatum non est, nisi per rationem ad suam causam,  
 quæ frequentissime solet pollutionis euentum efficere,  
 atque ideo imputatur, ita homicidium dormientis, qui in  
 vigilia animum habuit occidendi, per se peccatum non est,  
 nec imputatur, ratione autem causæ itidem imputari non  
 debet, quia ea est admodum remota, & quæ non solet hos  
 effectus producere, quamobrem opinio communis, quo  
 ad intellectum huius constitutionis, verior est. Lectorem  
 vero admono me in citando Iustino sequutum fuisse Lat-  
 inam Ioannis Perionij interpretationem. Nam Græce Iu-  
 stinianus sic scribit *Επιτομ. δι' αμαρτιαν ανθρωπου.* fortassis Latinus  
 interpres hæc verba in hunc sensum accepit, vt æ-  
 quum sit à mysterijs abstinere, tametsi ex rigore iustitiæ  
 non teneatur.

Hac vero in parte adnotare libet actum dormientis non  
 esse peccatum per se, nisi ad rationem causæ, à qua processit,  
 quoties quis somno vitur, vt vinculo naturali liberi iudi-  
 cij & arbitrij. Atsi quis somno vitatur, vt instrumento liberæ  
 malitiæ ad executionem mali ab ipso vigilante deliberati,  
 ita per somnum vt instrumentum exequatur scelus præ-  
 cogitatum, nunc actus contingens in somno peccatum est  
 eo modo, quo actus exterior in executione est peccatum.  
 Peccatum enim incipitur in vigilia & consumatur per in-  
 strumentum somni executiue. Hoc autem peccatum per  
 accidens est ratione executionis in vigilia imperata, quem-  
 admodum eleganter docet Caietan. *2. 2. q. 154. artic. 5.* ex  
 hoc deducens, nocturnam dormientis pollutionem esse pec-  
 catum, vbi quis data opera ideo sic dormit, vt polluitur.  
 Eodem modo qui ita intraretur in vigilia, & demum somno  
 dat operam, vt aliquem occidat, vel offendant dormiens,  
 profecto erit homicidij, & offensionis reus, atque ideo  
 puniendus vt homicida dolosus, sicuti vult in hac specie  
 Bonifacius in tract. de malefic. rubri de insulta. & percuss. ad finem,  
 quem sequitur Ludou. Ca. in d. §. 6. m. 25. quæ quidem sententia  
 maxime probatur ex ratione Cardin. Caietan. vnde in eo  
 casu non obtinet huius constitutionis decisio, quia irreg-  
 ularis esset qui sic dormiens hominem occideret, quod  
 superius de ebrio etiam probauimus. Sed & dormientes  
 moueri. & ea quandoque facere, quæ fieri solent à vigi-  
 lantibus, testis est Aristoteles in lib. de somno. & vigilia.

Deinde constat ex priori huius constitutionis parte, quo  
 ad irregularitatem, *Mutilatione membri* alicuius homicidio cõ-  
 parari, & æquipollere, vt quemadmodum hominẽ occidens  
 dubio procul irregularis est, ita & irregularis erit, qui homi-  
 ninẽ membro mutilauerit, idem probatur in c. 1. de Cler. pug-  
 nanti. in duello. c. in Archiepiscopatu. de ruptori. c. Clerici. ne Cleric. vel  
 Monach. alijs in locis, quorum meminit gloss. hic quæ Singu-  
 laris est in hoc secundum Angelum in verb. homicid. §. quæst. 3.  
 & Syluest. in verb. homicidium. §. quæstio. 3. ad cuius rei cogni-  
 tionem oportet examinare, quod dicatur membrum, Bar-  
 tolet enim in l. publicorum, nu. 13. ff. de public. iudic. vbi Imol. &  
 Doct. illa proprie dici membra censent, quibus diuerso, &  
 proprio officio corpus mouetur, aut iuuatur, vt oculo, visu,  
 pedibus ad progressum: auribus, ad auditum: manibus ad  
 palpatum, naribus, ad odoratum: lingua, ad sermonem.  
 idem Bald. asserit in c. 1. de noua forma fidelit. nu. §. quod satis  
 constat autoritate Aristotel. lib. primo. de partib. animalium. c. 5.  
 & 1. quarto. Meteororũ. vlt. optimus textus apud Iurisconsultos  
 in l. idem Offilius. ff. de. edil. & in leg. non sunt liberi ff. de statu. homi.  
 Membrum enim corporis particula est, quæ omnino cir-  
 cumscriptionem habet propriam, nec omnino alijs con-  
 iuncta est, secundum Galenum, quem citat Ludouic. Ca. 2.  
 lius l. lect. antiq. 2. c. 21. Diuus Paulus 1. ca. 12. idem in sinuat di-  
 cens, membra in corpore distinctam operationem habere  
 idem Apostolus ad Romanos cap. 12. Omnia autem membra,  
 inquit, eundem actum habent. Hoc ipsum omnes plane fa-  
 tentur, quorum statim mentionem in hac quaestione faci-  
 mus. Igitur abscissio membri tunc fieri dicitur, cum cor-  
 pus mutilatur, & membri proprium officium impeditur,  
 vt notat Baldus in l. serui fugitiui. ad finem, C. de seruis fugitiuis. sic  
 ex eodem Bartolo. in dicta. leg. publicorum. apparet, in humano  
 corpore quædam partes esse, quæ proprie membra non  
 sunt.

quæ ex illa vehementi occidendi cu-  
 pitate aucta est imaginatio sensus, & creuit appetitus  
 sensibilitatis, quæ omnia cum maneat in dormiente, possunt  
 tunc membra ad opera illa exteriora exercenda mouere.  
 hinc vero euentus constat, causâ dedisse ipsum homicidium  
 in vigilia, igitur ipse irregularis est sed Doct. communiter  
 in hac constitutione contrarium verius esse opinantur, vt  
 facerit eos sequutus Gonsalus à Villadiego de irregulari. c.  
 de percussore. colu. 13. eandem sententiam sequuntur Marian.  
 Socin. in d. c. ad audientiam de homicid. nu. 14. & Alfonso à Ca-  
 stro l. 2. de percuss. leg. penal. capitu. 14. versic. prima principalis conclusio.  
 quibus accedit, quod homicidium commissum ab ebrio  
 qui causam dedit ebrietati, non efficit eum irregularem,  
 secundum ea, quæ, paulo ante diximus. præter quæ facit  
 ad hoc quod ita præcedens in vigilia causa non omnino  
 certa, nec sepe efficiens imaginationis postmodum sequitæ  
 ab ea vero imaginatione processit actus ille occisionis ex-  
 terior, idcirco ira contingens in vigilia est admodum re-  
 mota causa. & ideo non est sufficiens ad irregularitatem.  
 sic & pollutio nocturna dormientis, & somniantis, per se  
 peccatum non est, nec mortale, nec veniale. omne etenim  
 peccatum dependet ex iudicio rationis, & quia etiam pri-  
 mus motus sensibilitatis non est peccatum, nisi in quan-  
 tum iudicio rationis reprimi potest, igitur sublato iudi-  
 cio rationis tollitur ratio peccati, in dormiente autem ra-  
 tio non habet liberum arbitrium, nec iudicium, idcirco  
 quod agit homo dormiens, qui non habet liberum iudi-  
 cium rationis, non imputatur ei ad culpam, sicut nec il-  
 lud quod agit furiosus, aut amens. Hæc S. Thom. in 2. 2. quæst.  
 154. artic. 5. qui de pollutione nocturna tractans scribit, eam  
 non esse peccatum per se, nec mortale, nec veniale,  
 quamuis procedat ab ingluuie, aut à praua vigilantis cog-  
 itatione, quia dormientis actus est. Erit tamen, ac poterit  
 esse nocturna pollutio peccatum, vel mortale, vel veni-  
 tale per rationem ad suam causam, à qua processit, quia  
 rationem habet culpæ ex parte causæ. quod sanctus Tho.  
 explicat in d. artic. 5. & in 3. part. quæst. 80. artic. 7. Ioann.  
 Maior. in 4. sent. distict. 9. quæst. 2. post Thom. ibi. quæst. 4. &  
 Paluda. q. 2. Florent. 3. par. tit. 15. c. 6. §. 10. & Theologi Commu-  
 niter, quibus suffragatur text. & ibi glo. elegans in verbo, rea.  
 atque ibi Dd. in c. testamentum. 6. distict. ex diuo Gregorio. ii.  
 interrogatum Augustini. atque ideo propter hanc rationem  
 culpæ, quæ habet dormientis pollutio quo ad eius causam,  
 debet abstinere sacerdos eo die à celebratione Missarum,  
 quoties culpa est mortalis, idque necessario, ex consilio  
 autem, vbi causa fuit culpæ venialis, secundum Thom. in  
 d. art. 7. Florent. in d. §. 10. Palud. in 4. sent. distict. 9. q. 3. & ibi Thom.  
 44. Syluest. in verb. Eucharistia. 3. quæst. 10. text. celebris in dicta. c.  
 testamentum. vbi gloss. in verb. humiliter. indistincte non est in-  
 telligenda, sed relata ad ipsum textum sentit, ratione pol-  
 lutionis nocturnæ à veniali culpa procedentis abstinendum  
 esse à communione, consilio quidem, non præcepto. addit  
 tamen Paluda. in d. q. 3. quem Syluest. sequitur, & probare  
 sonatur Ioan. Maior. in d. quæst. 2. non esse mortale crimen  
 celebrare, ac communicare post pollutionem nocturnam  
 contingentem ratione causæ quæ mortalem culpam habeat,  
 etiam intra decem horas, modo præmittatur communio  
 contrito, & confessio illius mortalis culpæ & pollutionis  
 ex ea sequentæ, quali nullibi sit hoc præceptum, siquidem  
 Gregorijs responsio pertinet ad consilium reuerentiæ, non  
 ad præceptum necessitatis. horum autem opinio mihi non  
 placet, nec est probanda, cum ex ea sequeretur posse sacer-  
 dotem, qui nocte præterita dormierit cum femina, statim  
 celebrare præmita confessione, & contritione, quod im-  
 pium censeret solet. & iure sensetur & fortassis cum ante  
 pollutionem peniteret quis eius culpæ, à qua procedit,  
 postea admitti opinio Palud. & aliorum, imo adhuc in  
 hac specie ipse admonerem, vt quis, si commode fieri  
 possit, abstineret eo die à communione propter honorem  
 qui maxime debitus est sacrosanctæ Eucharistiæ sacra-  
 mento. Nam & Theodorus Archiepiscopus Cantuariensis,  
 qui testis. Beda. lib. 5. Histor. Angli. & Rhenano in arg. in lib. Ter-  
 tulla. de penit. constitutiones edidit ad modos obseruandos,  
 quib. expurgarentur peccata, idque opus penitentiale  
 Theodorij à Gratiano, & alijs nuncupatur, penitentia in-  
 dicitur ei, qui in somnis pollutus absq. vlla eius culpa in-  
 fet, sicuti Burchardus tradit li. decimo. septimo. c. 40. & 41. Eun-  
 demque, æquum esse, vt eo die à communione ablineat.



sunt, membris tamen opem ferunt, vt digitus manui, dens lingue, & gutturi. Alię vero partes sunt, quę decorem tantum corpori humano iudicant, vt barba viri mento, coma capiti, auricula auri. Alia item membrorum officia, & ornatus sunt, non membra secundum Bartolum, & Communitatem. quidam tamen has partes indistincte membra appellant. Nam Cicero libro tertio, de finibus bonorum & malorum. partem quam libet corporis etiam quę corpori peculiare & distinctum non prestat obsequium membrum esse dicit. membrorum, inquit, id est partium corporis alia videntur propter eorum vsum a natura esse donata, vt manus, crura, pedes, vt ea, quę sunt intus in corpore, quorum vtilitas quanta sit, a medicis etiam disputatur: alia autem nullam ob vtilitatem, quasi ad quandam ornatum, vt cauda pavoni, plumę verficulores columbis, viris mamma, atque barba. Hęc Cicero. Ex vera tamen, ac propria membri cognitione, aliquot hoc in loco speciatim inferam.

Primum non esse membri abscissionem, cum auricula scinditur, & amputatur, siquidem auris membrum est proprie, illa autem cartilago, quę circa aurem est, auricula dicitur, potius ad ornatum auris, & membri tutelam, quam ad peculiare corporis obsequium pertinet, & ideo membrum non est, nec eius abscissio efficeret quem irregularem, quod Bald. sentit, dum in dict. leg. seruū fugiuū ad fin. scribit, tunc tantum dici membri abscissionem, cum corpus mutilatur, & membri proprium officium impeditur in totum. abscissio autem auriculę, & cartilaginis parum impedit auris officium: nec enim fit auris vis quoad auditum debilius, idcirco membri abscissio non est. cui sententię suffragatur ratio text. in dict. l. idem Offilius ff. de ad. l. edit.

Secundo, dubium ex his videtur quod scribit Bald. in leg. data opera. num. 75. Codic. qui accusare non possunt, dicēs Mamiliam in feminis membrum esse. Etenim ea opinio vera est, quo ad significationem latam, non quo ad strictā, & propriā. Nec erit irregularis qui mamillā feminę abscideret, vt ipse opinor, tamen si sciam: hoc dubium quibusdā visum iri.

Tertio ab eadem radice, procedit, non omnino certum esse, quod Caietan. docet, 2. 2. quęst. 65. artic. 1. existimans, abscissionem Digiti efficeret irregularem ipsum abscidentem, quia digitus sit membrum. cuius contrarium constat ex Bartol. in d. publicorum. Imo. & alijs ibidem asserentibus digitum non esse membrum. idem tenuerunt Bald. in d. c. 1. de noua forma seldeti. num. 5. Felin. in c. ego. N. de iur. iur. colum. 2. & idem in c. cum illorū. de sent. excom. Anton. Rube. conf. 38. Cassan. in consuet. Burgu. rub. 1. §. 5. vers. per hoc. idem nat. Card. & omnes in hac Clem. Gonfal. a Villadi. de irreg. c. de percussore. col. 1. & Dd. in c. 1. qui Cler. vel. vouentes. quorum Opinio aduersus Caiet. communis est, cui patrocinatur text. in d. l. non sunt liberi. & in d. l. item Offilius.

Quarto, proxime deducitur, nō esse eum irregularem, qui alteri eos absciderit digitos, sine quibus ipse mutilus facer dos esse nō potest, nempe tres digitos ad cōsecrationē necessarios propter honestatē. Nā qui hos digitos nō habet, irregularis est ob defectū maximū eius partis, quę necessaria est ad honeste & decore celebrandū. qui vero eā partem, absciderit, nō habet eam deformitatem, nec defectū, nec membrum abscidit. & ideo irregularis nō est. Hanc cōclusionem proponimus aduersus Bonifaciū hic columna. 6. Anani. in capitu. cum ex iniuncto. de barei. columna. 4. & Syluest. in verb. homicid. am. 3. quęst. 4. part. 3. qui conatur probare, percussorem irregularem esse, quoties ex percussione percussus manet irregularis, aut nō potest esse sacerdos: Imo. Caiet. in dict. quęst. 65. artic. 1. facilius existimat contrahi irregularitatem a mutilante, quam a mutilato. Siquidem secundum eum qui mutilat digitos alteri, est irregularis, non tamen semper est irregularis qui ipsius digiti mutilationē passus est. Quod constat ex his, quę diximus de corpore vitiatu in prima huius operis parte. Et tamen hęc opinionē Caiet. quo ad eius argumentationē minime probamus. Nam qui alteri digitum absciderit, irregularis non est: quia membrum non abscidit. Is vero qui pollicem abscissum habet impeditur ministrare in altari. & sacris ordinibus insigniri. ob deformitatem, & defectum digitorum.

Quinto, hinc poterit expendi, an is irregularis sit, qui licet membrum alteri non absciderit, tamen id membrum debile ex vulnere. ac percussione reddiderit? Et Panormitan. in c. ap. cum illorum. de sentent. excom. scribit, hunc irregularem esse: & id deducit ex hac constitutione, quasi Roman. Pontif.

hic vt diuersa subiecerit mutilationem, & detractionem: vt mutilatio pertineat ad vulnus, quod efficit membrum debile: detractio vero ad percussionem, quę omnino membrum absciderit idem notat Syluest. in verb. homicid. 5. quęst. 5. ego vero satis manifestum esse opinor, in hac constitutione non probari hanc indictionem Panormitai cum in ea tantum mentio fiat mutilationis, non detractionis. & pretereā Felin. in d. cap. cum illorum. abscidit, num. 12. idem esse detractionem, & mutilationem. hoc ipsum probat gloss. vbi Panormitan. in c. accipiendi de ne. cus in verbo, debilitatus. quę sensit, mutilū dici, cui membrum aliud quod fuerit omnino abscissum. Sic apud Latine lingue auctores mancus dicitur, qui membrum habet debile, & aridum: Mutilus autem, autem, cui membrum est abscissum. Atque ideo frequentiori doctorū sententia obtentum est, non esse irregularem eum, qui alterum mancum percussione effecerit: sicuti notat Cald. Abb. Cardin. & Præp. in c. 1. qui cleric. vel. vouent. Cald. ibi. quęst. 31. Gōfal. a Villadi. irregul. c. de percussore. columna 1. & Steph. Auferri in cap. l. 207. quorum Sententiam opinor Communitate esse, & procedere etiam si membrum corpori adhaerens omnino inutile sit. Et tunc adhuc hoc in casu nulla asseritur percussor irregularitatem. Quidquid Syluest. contrarium tenere conetur in d. §. 3. vers. tertium. Hęc autem diximus ad veram huius constitutionis interpretationem: quo facilius percipiamus, quid velit hęc constitutio, dum mutilationē similem esse vult occisioni quo ad irregularitatem. Nam post gl. hęc Doct. varias hac in re quæstiones tradidit, ex quibus has, quas modo exposuimus, elegimus: reliquis lector facillime obuias habebit. easque contingentibus casibus iuxta prænotatam resolutionem aptare commode poterit.

## § VNICVS.

### De homicidio ad defensionem commisso.

#### S Y M M A R I A.

- 1 Defensio iure naturali, diuino & humano licita est: nec impeditur homicidium ex ea.
- 2 Irregularis non est, qui aggressorem occiderit ad defensionem, ne membra aliqua mutiletur.
- 3 Excessus defensionis non puniatur pena ordinaria, licet irregularem efficiat ipsum homicidam.
- 4 Irregularis est qui poterat mortem fugā vitare, & occiderit aggressorem.
- 5 Irregularis est, qui ad alterius defensionem hominem occiderit.
- 6 Homicidium commissum ad verum defensionem, an efficiat quem irregularem quoad late d. libatur, simul & an liceat occidere eum aut rapinam ad defensionem rerum.

**H** V I V S constitutionis pars secunda, & quę vltima est, definiuit nullam contrahi irregularitatem ab eo, qui ad eius necessariam defensionem suū occidit inualorū, quā quidem decisione sopita est veterum hac de re cōtrouersia, siquidem ante hanc constitutionem quidam contrarium tenere, censentes hunc homicidam irregularem esse, quorum meminit gloss. in cap. sic dignum in verb. homicidam. isto titulo. & in cap. de his 50. distinet. sic & S. Thom. 2. 2. quęst. 64. artic. 7. ante hanc constitutionem asseruit, irregularem esse eum, qui ad eius propriam ac necessariā defensionem inualorem, aut aggressorem occiderit.

Horum autē opinio est hodie antiquata, omninoque per hanc constitutionem sublata: cum occidens inualorē alter mortem vitare non valens irregularis non sit, nec quo ad suscipiendos, nec quo ad susceptos ordines. Cuius rationis ea est ratio, quod ad irregularitatem contrahendam propter homicidium priuatum necessaria sit culpa homicidij saltem aliqua, sicuti superius non semel a nobis repositum est. Is vero qui ad necessariam vitę defensionem aliquem occiderit, nullam culpam homicidij contrahit ergo nec irregularis erit, quippe qui priuatum homicidium absque culpa commiserit. Naturali etenim ratione vniciquę permissa est, seipsum ab aggressore defendere l. v. vim. ff. de iustitia & iure. vbi Accursius non considerat, hanc defensionem iure naturali permissam esse, ad id, iurisconsultum intelligendum fore iure fori, non coelestis in re refellitur per Paulum Castrenf. Fortun. & alios. Non enim patitur humana cognitio iuris naturalis non ignora quidquam naturali ratione permitti, quod apud Deum qui ipsamet natura est, non sit idem permissum. Atq; ita sanctus Thomas. in d. articulo. 7. inquit: Nec enim est necessarium ad salutem, vt quis actum moderate